

1280 : THE WILL OF MARCO POLO THE ELDER // MARCO POLO
sciendum est quod dominus angelus(?) da tumba de dicto confinio sancti seueri
Habere seu Recipere debet a nobis de predicta societate libras denariorum
uenecialium Quinquaginta duas per cartam; quas ordino & uolo sibi uel eius
heredibus seu commissariis ipsius dari et integre solui; de predicta societate;
suprascriptos quidem omnes denarios meos dimitto nicolao filio meo comoranti
jn soldathya, Et si ipse filius meus nicolaus mortuus esset uel obiret ante recep-
tionem suprascriptorum denariorum, tunc predicti denarij omnes deueniant jn
nicolaum et matheum paulo dilectos fratres meos, Quod si ipsi fratres mei eciam
mortui fuissent predicti denarii postea deuenire debeant jn nepotes meos filios
suprascriptorum fratrum meorum, videlicet marcum et matheum, Quod si ipsi
nepotes mei Eciam mortui fuissent omnes suprascripti denarii dentur per meos
comissarios pro anima mea secundum eorum discretionem. Item suprascripto
nicolao filio meo dimitto Centuram vnam de argento de seta uermega. Cocleares
duas de argento, Copam vnam de argento sine cembula. capsellam meam. Paria
duo linteaminum. cultram unam de uelexio, trapontam vnam. plumaçum unum;
que omnia eidem filio meo nicolao dimitto Cum Condicione superius denotata./
Que omnia stare debeant penes meos commissarios Et jn eorum potestate donec
Predictus filius meus uenecias uenerit & jnterim volo Et ordino quod suprascripti
mei commissarij suprascriptos omnes denarios jnuestiant seu jnuestirj faciant ad
utilitatem Et periculum suprascripti filij mei nicolay Hic Jn ueneciis tantum. Item
de bonis que me habere contingunt de fraterna compagnia a suprascriptis nicolao
& matheo paulo fratribus meis dilectis dimitto marothe filie mee libras Ducentas
jn suis vtilitatibus Item antonio filio meo naturali di ipsis bonis dimitto libras
denariorum uenecialium Centum. Item habeo jn mea capsella yperpera duo Et
flurinos tres de auro quos omnes dimitto suprascripte florodelise cognate mee. Item
Omnes meos seruos & ancillas dimitto liberos. Item domum meam quam habeo
jn soldathya dimitto fratribus minoribus eiusdem loci, salua habitatione suprascripto
rum filij & filie mee marothe quamdiu uixerint. Cetera mea bona dimitto
suprascripto nicolao filio meo; preterea plenissimam uirtutem et potestatem do et
confero suprascriptis meis commissariis Post obitum meum jnquirendi. jnterpellandi.
placitandi. Respondendi aduocatorem jnterdicta et precepta tollendi proclaimandi.
jntromittendi et excuciendi omnia mea bona et Habere, a cunctis meis debitoribus,
Cum carta et sine cartula ubicumque opus fuerit Et securitatis cartulam faciendi.
Et omnia que per me ordinata sunt adimplendi. sicut Ego uiuens facere possem.
Et Hoc esse judico meum vltimum testamentum. Si quis igitur Hoc meum ultimum
testamentum frangere uel corrumpere uoluerit aut ei contra ire temptauerit
maledicionem dei omnipotentis se nouerit jncursurum, Et Jnsuper sciat se